**LA DERROTA DEL LLAC TRASIMÈ**

"Haec est nobilis ad Trasumennum pugna atque inter paucos memorata populi Romani clades. Quindecim milia Romanorum in acie caesa sunt; decem milia sparsa fuga per omnem Etruriam aversis itineribus urbem petiere; duo milia quingenti hostium in acie, multi postea ex vulneribus periere.

Romae ad primum nuntium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus populi in forum est factus. Matronae, vagae per vias, quae repens clades allata, quaeve fortuna exercitus esset, obvios perconctantur; et cum turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret, tandem, haud multo ante solis occasum, M. Pomponius praetor inquit: ' Pugna magna victi sumus'".

TIT LIVI, *Des de la fundació de Roma* XXII 7